



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 17. Ecclesia Anglicana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67012

Sæcul. XIII. cti, Patricii, vel alio quocunque nomine
A.C. 1278. deferatur; ac ne quis hoc munus ultra
annum obeat.

§. XVII.

Ecclesia Anglica.

Anglorum Rex Eduardus Papæ exponi curaverat suum propositum sacræ militiæ nomen dandi, & Palæstinæ suppeditias eundi: ideoque secundum mentem Concilii Lugdunensis postulabat decimas: sed has anticipare cupiebat, nisi hoc iter faceret, restitutionem spondens. Papa de consilio Cardinalium ei sic respondit: Postquam solenni ritu crucem indueris, parati sumus tibi concedere decimas usque ad tempus generalis transitus fideliiter custodiendas. At religio nos jubet invigilare his decimis bene adhibendis ita, ut reapse in emolumenntum Palæstinae cedant. Igitur non videmus, quomodo pecuniæ vixdum provenientis usum diu ante trajectum maris permittere possimus. Attamen, quando crucis militiam inieris, illis de pecuniis viginti quinque scelibrarum millia tibi tradenda curabimus fidem danti, te ad primum sacræ sedis mandatum ea redditurum esse, si transmarinum iter non suscipias. Scribebat 1. Aug. an. 1278.

Cum

Cum Robertus Kiluarbius sacra do- Sæcul. XIII.
natus purpura longam Angliæ salutem A.C. 1278.
dixisset, monachi Cantuarienses Rober- Matth.
tum Burnelium Episcopum Bathonien- Westmon.
sem regiumque Cancellarium elegerant. p. 409.

Sed Papa infirmatis eorum suffragiis va- Chr. Trived.
cuam sedem Joanni Becano Ord. Mino- an. 1279.
rum tribuit. Is in Sussexia obscurus na- Vading.
tus parentibus, litteris operam Oxonii 1279 n. 14.
primum, dein Parisiis dedit, ubi Docto- Et de scrip.
ribus adscriptus Theologiam tradidit. p. 217.
Postea ex Ordinis sui Ministro per An- 1279 ab.
gliam Provinciali Romæ sacri palatii Ma- 1279 ab.
gister evasit. Erat Ordinis sui studio- 1279 ab.
sissimus, multa pro ratione illius tempo- 1279 ab.
ris pangebat carmina, eleganti gestu
verbisque aptissimis animi sui sensus
exprimebat, mitemque ac liberalem ha-
bebat indolem. A Papa ipso consecra- 1279 ab.
tus sequente demum anno in Angliam
revenit. Amplum Ecclesiae Lugdunen- Godwin. de
sis sacerdotium (canonicatum vocant) Præst.
possidebat, & per omnem vitam servabat p. 342.
suam, eo fugitus, si forte in exilium mit-
teretur a Rege, cui saepe fortiter obste-
bat. Cantuariæ sedit annos tredecim
ac dimidium.

§. XVIII.

Concilium Compendiense.

In Francia Collegia Ecclesiarum cathe-
dralium crebras cum Episcopis suis

C 2 con-